

Monach. Brugis. 27<sup>a</sup> Junij 1767.

Facultas data conventualibus  
D. Monacharum Brugis sibi novum  
Priorem eligendi.

fr. Stephanus Esc. <sup>Wl. lib.</sup> in Ch.º Patribus Conventualibus  
S. Monachorum Brugis, Salutem in Domino et  
auxilium de Sancto.

Etsi Capitulum generale D. Hyalintum Landry Priorem  
vestrum ad aliam prelationem transferendo, novi Prioris  
institutionem nobis reliquit; attamen supplicationi  
vestrae gratiose inclinantes, ac predicta potestate pro  
hac vice non utentes, tenore presentium, vobis ea speciali  
favore concedimus, ut ad novum Priorem eligendum  
procedatis juxta formam statutorum nostrorum, —  
servatisque aliis de jure servandis. Interea preces nostras  
vestris adungere non cessabimus apud Patrem luminum,  
ut, divina ejus gratia coruscante in cordibus vestris, per  
unanimita suffragia concordetis in Electione novi Pastoris  
qui sit secundum cor Dei, vestraque communi consolationi  
et saluti prodesse valeat. Datum Cartusiae sub syngrapho  
nostro et sigillo consueto, die 27.º junij 1767.